



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0645

Sabato 03.09.2022

Lettera all'Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione della Messa in occasione del 70° anniversario dell'incoronazione di Nostra Signora del Rimedio, Patrona di Oristano (Italia) - (7 settembre 2022)

In data 9 luglio 2022, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Mauro Gambetti, O.F.M. Conv., Arciprete della Basilica Papale di San Pietro in Vaticano, Suo Inviato Speciale a presiedere la celebrazione eucaristica che si terrà il 7 settembre 2022 nel Santuario di Nostra Signora del Rimedio, Patrona di Oristano, in occasione del 70° anniversario della solenne incoronazione della Beata Vergine Maria.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti ecclesiastici:

1. Mons. Vincenzo Curreli, Arciprete della Cattedrale, già Rettore della Basilica di Nostra Signora del Rimedio;
2. Mons. Gianfranco Murru, Canonico della Cattedrale ed attuale Rettore della Basilica di Nostra Signora del Rimedio.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Gambetti:

Lettera del Santo Padre

**Venerabili Fratri Nostro
MAURO S.R.E. Cardinali GAMBETTI
Archipresbytero Papalis Basilicae Sancti Petri**

“Ac videtur Nobis Beatissima Virgo Maria, quae per totius suae vitae cursum – cum in gaudiis, quibus suavissime affecta fuit, tum in rerum angustiis atrocibusque doloribus, quibus martyrum Regina exstitit – numquam a Divini Filii sui praeceptis exemplisque vel minimum discessit, videtur Nobis, inquit, ea verba nobis singulis universis repetere, quibus Canae nuptias celebrans, convivii administris lesu Christum quasi digito indicans, eos allocuta est: «Quodcumque dixerit vobis, facite» (*Io 2,5*)” (Pius XII, *Fulgens corona*, 2). Haec verba Praedecessoris Nostri recte explanant pondus pietatis erga Beatam Mariam Virginem in fide

uniuscuiusque Christi discipuli. His de rebus meditantes, epistulam Venerabilis Fratris Roberti Carboni O.F.M. Conv., Archiepiscopi Metropolitae Arborensis, accepimus, qua ipse humanissime postulavit ut ad LXX anniversariam memoriam incoronationis simulacri Beatae Virginis a Remedio Arboreae celebrandam adque pietatem renovandam erga Dei Genetricem inter fideles huius regionis, Nos Patrem Purpuratum seligeremus, qui hoc in fausto eventu personam Nostram gereret.

Ad te, ergo, Venerabilis Frater Noster, qui studiose munus Archipresbyteri Papalis Basilicae Sancti Petri exerces, animum Nostrum convertimus, cui hoc opus magni ponderis committere decernimus.

Idcirco, harum Litterarum virtute, Te MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus, mandatis tibi factis, ut nomine Nostro Arboreae die VII proximi mensis Septembris Missae celebrationi in LXX anniversariam memoriam incoronationis simulacri Beatae Virginis a Remedio praeesse valeas. Spiritualem Nostram dilectionem omnibus christifidelibus atque hominibus bonae voluntatis ibi congregatis renunties ac omnes ad praeceptum adhortaberis caritatis diligentiore etiam modo tum in familiis tum publicis in adiunctis servandum.

Tibi, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem impertimus quam omnibus, qui celebrationibus intererunt, transmittes, ex qua uberius fructus spirituales ii sumere possint. Legationem tuam ardentibus precibus comitamur, a Deo misericordiae suppliciter exposcentes, ut, Beatae Virginis a Remedio intercessionem, per eiusdem Filii contemplationem legationem tuam fructuose adimplere valeas.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXXI mensis Augusti, anno MMXXII, Pontificatus Nostri decimo.

FRANCISCUS

[01304-LA.01]
